



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Doctor Mellifluus S. Bernardus Magnæ Matris Cultor  
Eximus, Et Ex Ordine Sancti Benedicti Sacellanus  
Quartus. Sive Ea quæ Doctor mellifluus de laudibus  
Virginis Matris scripsit in gratiam magnæ ...**

**Bernardus <Claraevallensis>**

**Nevhvsii, MDCLXXV.**

Homiliae IV. Praefatio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37156**

## S. P. BERNARDI ABBATIS.

De laudibus Virginis Matris, super verba Evang.

*Missus est Angelus Gabriel, &c. Luc. i.*

## HOMILIAE IV.

## PRÆFATIO.

**S**cribere me aliquid & devotio jubet, & prohibet occupatio. Verumtamen quia præpediente corporali molestiâ, Fratrum ad præsens non valeo sectari conventum: id tantillum otij, quod vel mihi de somno fraudans in noctibus interscipere sinor, non sinam otiosum. Libet ergo tentare id porissimum aggredi, quod sepè animam pulsavit: loqui videlicet aliquid in laudibus Virginis Matris, super illa lectione Evangelica, in qua, (Lucâ referente) Dominicæ Annuntiationis continetur historia. Ad quod sanè opus faciendum, et si nulla fratum (quorum me profectibus deservire necesse est) vel utilitas moneat: dum tamen ex hoc non impediatur quoad queq; ipsorum necessaria minus paratus inveniar, non arbitror eos debere gravari, si proprie satisfacio devotioni.

## HOMILIA I.

**I.** *M*issus est Angelus Gabriel à Deo in civitatem Galileæ cui nomen Nazareth, ad virginem despontatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, & nomen virginis MARIA, Luc. i. Quid sibi voluit Evangelista, tot propria nomina rerum in hoc loco tam signanter exprimere? credo quia noluit nos negligenter audire, quod tam diligenter studuit enarrare. Nomina siquidem nuntium qui mittitur, Dominum à quo mittitur, Virginem ad quam mittitur, sponsum quoque virginis